

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Fr. Grunacker Ph. Aug. Martini

Dissertatio Logica ...

**5 : Dissertatio Logica Quinta, Materiam Necessariam Cum Speciebus Et
Fructibus Demonstrationis exhibens**

Berolini: Schlechtiger, 1718

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81535892X>

Band (Druck) Freier  Zugang 



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn81535892X/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81535892X/phys_0001)

DFG

Ec-1054.

DISSE
TATI
O LOGICA
QUINTA,
MATERIAM
NECESSARIAM CUM
SPECIEBUS ET FRUCTIBUS
DEMONSTRATIONIS
exhibens,
QUAM
PRÆSIDE
M. FR. GRUNACKERO,
CON-RECT. GYMN. FRID.
DEFENDET,
D. 31. Maii 1718.
RESPONDENS
PH. AUG. MARTINI.
IN MUSÆO Dn. PRÆSIDIS.

BEROLINI,
Imprimebat GOTTHARD SCHLECHTIGER, Reg. ejusdemque
Societ. Scient. Typogr.

VIRO
MAGNIFICO NOBILISSIMO,
AMPLISSIMO NEC NON
DOCTISSIMO DOMINO,
DOMINO
CHRIST. FRIDER.
BRUMSLEBEN,
SEREN. AC POTENT. REGIS,
BORUSSIÆ CONSILIARIO AU-
LICO PARITERQUE CONSULI CI-
VITATUM BEROL. DIGNISSIMO, &c.
DOMINO ET FAUTORI SUO
ÆSTUMATISSIMO,
Hanc Dissertationem in sui suorumque
Studiorum commendationem, cum omnigenæ
qua corpus ac animam felicitatis voto

humillime offert
Ph. Aug. Martini.
PAR-



PARTIS SPECIALIS
LOGICÆ
LIB. II.
^{DE}
MATERIA NECESSARIA
ET INDE DEDUCTO
SYLLOGISMO NECESSARIO,
vel DEMONSTRATIVO.

CAP. I.

De SYLLOGISMO NECESS. vel DEMON-
STRATIVO in Genere.

I. SYLLOGISMUS necessarius est, qui constat ex RESPOND.
Propositionibus necessario veris, quæ faciunt con- Ph. Aug.
clusionem infallibilem & certissimam. *

Martini,

O P P.

A 2

II. Prin-

Ch. E. Si-

* Tractavimus in generali parte Logicæ de forma argumentandi, vel de legitima monetty.
dispositione terminorum & propositionum ; Jam in parte speciali etiam videbimus Georg.
materiam propositionum Syllogisticarum. Quæ ideo juxta Stahlium Inst. Log. Gab. Su-
Cap. V. p. 279. Sunt vel necessario veræ, unde oritur Syllogismus demonstrativus ; pen.
Vel veræ probabiliter, unde est Syllogismus topicus ; vel falsæ quidem sed appa-
reenter veræ, hinc Syllogismus Sophisticus. Finis s. effectus demonstrativi est
Scientia ; Topiçi opinio ; & Sophistici error s. deceptio. Distinguunt nonnulli

II. Principia probandi sunt (α) Probabilia vel Diale-
tica quibus nititur Syllogismus probabilis, de quo vid.
Dissert. VI. (β) Sophistica vel contentioſa, quibus ni-
titur Syllogismus Sophisticus, de quo vid. Diff. cit. (γ)
Et demonstrativa vel necessaria quibus nititur Syllo-
gismus necessarius & demonstrativus, de quo hic agimus.

III. Ut autem Principia sint demonstrativa & neces-
saria, requiritur ut habeant omnes gradus necessi-
tatis, quo sic Prædicatum cum Subjecto perpetuo
& indissolubiliter connectatur.

IV. Gradus necessitatis tres sunt: (1) κατὰ πάντος, de
omni, (2) κατ' αὐτὸν, per se, & (3) καθόλης πρῶτον, uni-
versale primum.

V. Κατὰ πάντος, de omni requirit ut prædicatum in
propositione necessaria positum dici possit de
Subjecto semper & ubique e.g. Homo constat ani-
ma rationali & corpore organico. In hac Propositione
non tantum Prædicatum de omni homine dici potest, sed
etiam semper & in omni loco, hinc propositio hæc est ne-
cessaria *

VI. Κατ'

Syllogismum necessarium in Didascalicum & Apodicticum s. Demonstrativum.
Sed Pfeiff in Gymn. Germ. p. 51. distinctionem illam vanam esse probare ni-
titur.

* Ad vera & necessaria principia referuntur (α) omnes regulæ nobiscum natæ;
Neminem lèdere; Suum cuique tribuere; Deum colere; Parentes honorare,
&c. quæ communia dicuntur principia, & omnibus nota sunt, ut & hæc: Im-
possibile est idem esse & non esse; Sive, Quodlibet est vel non est. In infinitum
progredi non licet; Nihil est causa sui ipsius. Omnis actio est propter finem. (β)
Principia cujusvis Scientiæ propria; ut Metaphysicæ: O. Ens habet Essentiam.
Nihil s. Non-Entis nulla sunt attributa. Physicæ: Ex nihilo nihil fit. Homo ra-
tione valet, brutum caret. Mathematicæ: O. totum est majus qualibet sui
parte, Si æquulia æqualibus addas, quæ inde conficiuntur sunt æqualia. Atith-

VII. Κατ' αὐτὸν per se , requirit , ut prædicatum in propositione necessaria subiecto adscribatur (α) ut genus aut differentia spec. (integra definitio essentialis convenit etiam alicui rei in primo modo perfectatis,) e. g. Homo est animal , homo est rationalis. (β) Ut essentiale consequens aut proprium in quarto modo, e.g. Homo est risibilis. (γ) Ut effectus necessarius propter causam , e.g. Homo cui confessum est jugulum, moritur. Homo , qui media Salutis usque ad mortem rejicit, damnatur.

VIII. Καθόλε πρωτον Universale primum requirit ut Prædicatum adeo sit necessarium Subiecto , ut etiam cum eo converti possit. e.g. Omne corpus est quantum , & omne quantum est corpus. Omnis homo est risibilis, & omne risibile est homo.

VIII. Principia , quæ aliquid demonstrant , (1) immediata & prima sunt (2) notiora conclusionibus, quæ ex illis demonstrantur , & (3) causæ conclusionum: Quare domesticæ & propria esse tenentur, ut res Theologicæ demonstrantur ex principiis Theologicis, res Physicæ ex principiis physicis, res Ethicæ ex principiis Ethicis, &c. Quæ demonstratio deinde parit Scientiam, quæ est cognitio conclusionis infallibilis ex principiis demonstrativis.

meticæ: Bis bina sunt quatuor. Ethicæ: Quodcumque optimum est id maxime debet amari. Quodcumque pessimum, id maxime fugiendum. Quod tibi fieri non vis alteri ne feceris. Mores consuetudine parantur. Politicæ: Unicuique suum tribuendum. Colenda Societas. Logicæ: ut dicta de omni & nullo. Theologicæ: idque vel generale, ut: Qnicquid S. Scriptura dicit, verum est. Vel specialia, ut singula dicta Scripturæ & propositiones biblicæ. e.g. Deus est justus. Omnes homines sunt peccatores, Sola fides nos justificat, &c. De his

CANONES.

I. Qualia sunt principia, tales quoque sunt eorum conclusiones. (a) Canon agit de principiis cognoscendi & non de principio fiendi aut essendi, (b) Vult, ne conclusionem nostram pluris faciamus, nec pertinacius inhæreamus, quam ejus principia, ex quibus conficitur, admittunt.

II. Cavendum est, ne vitiosus fiat transitus è genere in genus. Requiritur ergo ne Subjecta Scientiarum confundantur, ita ut ex una disciplina fiat transitus in aliam prorsus diversam, ut si res physicæ censeantur ex principiis politicis aut œconomicis. *

III. Scire

principiis notandum est (1) quod Syllogismi necessarii vel Demonstrativi ex illis conficiantur. (2) Adversus negantem talia principia quod non sit disputandum. Nam non possunt ulterius probari nisi provokes ad singulorum rationem ac voluntatem S. consensum. Quare acquiescendum est in principio omnibus noto, quod aliam probationem non postularat. (3) Habet Ethica suas et si secundi ordinis demonstrationes, quia versatur circa principia legum vivendi ab ipsa natura præscripta. Quod autem res morales minorem Scientiæ gradum habeant quam Mathematicæ vid. Thom. cap. 8. §. 26. (4) Demonstratio Theologica, quæ ab aliis eminentis vocatur, ob auctoritatem divinam habetur omnium firmissima vid. Auct. Art. cog. p. 292. seqq. (5) Physicæ demonstrationes, licet practicis, ob majorem rerum naturalium stabilitatem, superiores sint, tamen cæteris Theoreticis habentur inferiores. vid. Weissenb. in nucl. p. 374. (6) Præcellunt Mathematicæ conclusiones, si firmitudinem earum ac vim immotam consideres, eo quod res ibi abstrahunt à motu & materia, contingentia & incertitudinis fonte. vid. Weissenb. l.c. & Thom. l. c. §. 20. sq.

* Saurius in Synt. Log. p. 434. hanc movet questionem: An liceat μεταβοσιν εἰς ἀλλογένος committere? Et recte negavit, quia quilibet disciplina habet suos limites, intra quos se continere debet. Et omnis demonstratio fieri debet ex principiis propriis alicujus disciplinæ. Quare peccavit Arius olim qui ex generatione Physica contra generationem hyperphysicam & æternam τὸ λόγον opponebat hoc: Si Pater genuit suum Filium, initium certe essentia ejus habebit, atque tempus aliquando fuit, quo Filius nondum extitit. Male etiam egit Nicodemus, qui cum Christo de regeneratione spirituali ex principiis generationis corporalis noctu disputavit. Joh. 3. 1. seqq. Interim tamen prohibitum non est Physico, Politico, &c. ex S. Scriptura in veritatem sui objecti inquirere, nec μεταβοσιν

III. Scire est rem per causam cognoscere. Et quidem non per qualemcumque causam, sed per immediatam, proximam & adæquatam causam. Is enim vere & accurate scire rem dicitur, qui proximam & infallibilem ipsius causam adducere potest, quare aliter se habere nequeat. *

C A P. II.

DE SPECIEBUS DEMONSTRATIONIS.

I. DEMONSTRATIONIS Species duæ sunt (a) Demonstratio τὸ διότι, & Demonstratio τὸ ὅτι.

II. Demonstratio τὸ διότι est quæ effectum per causam proximam & immediatam demonstrat. Dicitur aliàs Demonstratio propter quid, * quia dat causam propter quam

ἐν ἀλλογένος committit, quoties Sententiam suam stabilire conatur ex S. Scriptura. Est enim Scriptura non disciplina peculiaris, sed liber communis omnis generis res & materias comprehendens & primario quidem Theologo inserviens, secundario autem etiam Physico, Chronologo, &c. Pariter quando quaestio est mixta h. e. ex diversis disciplinis desumpta, tunc etiam argumenta ὀκεῖα deponi possunt ē diversis disciplinis.

* Bene diximus, quod ad τὸ Scire requiratur infallibilis & proxima causa. Hinc illum ridemus qui putat se scire quare Mercator in nundinis Spandoviam petuit, quia pedes habet; quare miles civem interfecit, quia gladium ad latus habuit: quare arbores latifoliæ in hyeme amiserunt folia, & angustifolia retinent, quia natura ita fert. Sunt enim causæ istæ admodum remotæ. Proximæ sunt, quia Mercator in nundinis merces suas vult vendere, miles à civi offensus est & vindictæ cupidus, & arbores latifoliæ habent humorem aqueum & minus calidum, angustifoliæ autem humorem pingueum & calidum. Quare qui aliquid demonstravit alteri per causam proximam & immediatam, is apud hunc peperit Scientiam, quæ opponitur ignorantia, fidei & opinioni. vid. Saur. l. c. p. 433.

* Dicitur hæc Demonstratio etiam à priori seu prioristica, non modo ad differentiam Demonstrationis τὸ ὅτι, quæ à posteriori & posteriorica appellatur, sed etiam & quidem præcipue, quia omnis causa natura prior est effectu (licet postea tem-

quam sit res aliqua. e. g. Omne grave descendit. O. lapis est gravis. E. O. lapis descendit. In hoc Syllogismo demonstratur quod lapis descendat propter hanc verissimam causam; quia est gravis, & omne grave descendit,

III. Démonstratio $\tau\delta\sigma\tau$ est quæ ex effectu causam, vel ex causa remota effectum demonstrat. Hæc Demonstratio dicit quod res sit. Sic ex mundo Deum, ex fumo ignem, ex diversis fructibus diversas arbores demonstramus *

CANONES.

I. Posita vel remota causa proxima & adæquata, necessæ est effectum ponи vel tollи. Sic posita rationalitate, ponitur etiam risibilitas sc. in hoc vel illo Subjecto remota autem hac, removetur etiam illa.

II. Non omnis Demonstratio fit ex causa intrinseca, à materia & forma, sed etiam ab extrinseca, ab efficiente. Ita morbos ex aëris corruptione etiam quandoque probant Medici; Ubi enim is $\mu\alpha\sigma\mu\alpha\tau\alpha$ & effluvia prava imbibit, quod in locis palustribus usu venit, ibi necessario morbi variii reperiuntur.

CAP.

pore possit esse simul, ex qua hæc nobilissima species effectum demonstrat. Huc pertinet (1) quando aliquid demonstratur ex causis proximis & necessariis, quæ intra essentiam Subjecti continetur, e. g. Quare homo est docilis? Quia est rationalis. (2) Ex propriis, quæ essentialiter fluunt ex Ente, e. g. Quare ignis ascendit? Quia est levis. (3) Sic unum attributum ex altero etiam probatur, e. g. Quare Deus est æternus? Quia est infinitus. (4) Et unus effectus ex altero. e. g. Quicquid sentit necessario vivit (5) Ex causis externis necessariis, quibus positis, necessario etiam probatur effectus illarum; Sic demonstratur Eclipsis Lunæ per interpositionem terræ inter Solem & Lunam.

* Das $\ddot{\sigma}\tau$ geht für dem $\delta\sigma\tau$ her / das $\ddot{\sigma}\tau$ für dem $\varpi\sigma\tau$ / wie der Rauch für den Feuer die Morgenröhte für der Sonnen / inquit Dannh. Hagiol. Fest. p. 102. Quis enim sollicitus esset de eo, an Pygmæi cholerici sint, an aliter affecti, nisi persuasus prius fuerit, Pygmæos esse in rerum natura. Nam non-Entis nullæ sunt qualit.

CAP. III. DE DEFINITIONE.

I. DEFINITIO * est oratio, qua explicatur, quid res sit. Et est duplex Nominalis ac Realis.

II. Nominalis est, quæ rem interpretatur ex nominibus. (α) ἐπυμολογιώνως ex sua origine, e.g. Sic focus dicitur quod calorem foveat. (β) συνονύμως per aliquod clarius Synonymum grammaticum. e. g. Harmonia est concentus. Panoletria est totalis destructio. (δ) ὄμονύμως per remotionem injustæ significationis, & positionem justæ significationis vocis, e.g. Spiritus h. l. non est ventus vel Angelus, &c. sed tertia persona SS. Trinitatis. *

B

III. Rea-

tates. Diximus autem quod Demonstratio τὰ ὄτια probet, (1) ex effectu causam. e. g. Canes habent pulmones? Aff. Quia respirant. Terra estne rotunda, Aff. Quia umbra ejus est rotunda. Estne Spiritus S. vera persona? Aff. Quia mittitur, docet, consolatur, &c. Et (2) Ex causa remota effectum, e.g. Anne homo nutritur? Aff. Quia est animal. Remota hæc est causa, quia ut aliquid nutriatur, oportet illud esse primum vivum, non præcise animal, cum arbores & plantæ etiam nutrientur, & tamen non sunt animalia.

* Quia definitio est fructus Demonstrationis, & Aristoteles cum nonnullis aliis Logicis conjunxit doctrinam de Definitione cum διασκέψει de Demonstratione, & nos hoc facere voluimus. Dicitur Definitio Gr. ὁρίσμος vel ἔγος, que vox alias metam aut terminum denotat, uti autem is agros & regiones distinguit & separat, ita definitio unam rem ab alia etiam distinguit & separat.

* Proprie sola Definitio realis meretur dici Definitio, quæ ipsam rem uti in se & sua natura est, considerat & menti sistit, ut ab ea concipiatur & intelligatur. Nominalis Definitio potius descriptio dicenda est, quo pertinent variae allusiones, quæ definitum quodammodo illustrant; Sic muruum est, quod de meo fit tuum Testamentum est testatio mentis. Huc etiam referuntur ἵπογραφαι & circumlocutiones, quarum ex Boëth. 10. formas Keck. Log. L. I. p. 24, commemorat (a) κατὰ λέξιν, cum evolvitur nomen rei, ut Justificatio est pro justo reputatio,

III. Realis Definitio triplex est (a) Essentialis , quæ constat genere proprio sic dicto , & differentia e. g. Homo est animal rationale, (b) Causalis , quæ fit ex causis externis efficiente & fine, (non internis, sic enim refertur ad essentiale Definitionem, ut quando corpus definitur, quod sit Substantia constans ex materia & forma,) e.g. Vestis est id, quod à Sartore confectum est in tegumentum corporis hominis. (c) Accidentalis, quæ constat accidentibus, vel propriis, vel etiam communibus, quæ ad declarationem definiti sufficiunt. Et tales Definitiones passim in Phytica habentur, e. g. Magnes est lapis trahens ferrum. Lopus est animal ululans. Asinus est animal rudens. *

C A N O N E S.

I. Definitio nec sit latior nec angustior suo definito.
h. e. In Definitione ne sit plus vel minus, quam definitum requirit. Vel, ne adeo generalis sit, ut & aliis applicari possit quam definito.

II. Unius

(b) κατὰ μετάφοραν, cum res dicitur esse id, cui est similis, ut Sol est oculus mundi. (c) κατὰ περιφέσιν, ut Scipio est eversor Carthaginis. (d) κατέπταινον, ut Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriarum, magistrorum, & nuncia vetustatis. Voluptas est esca malorum. (e) κατά αὐχλογίαν, ut homo est μικρόσωμος, parvus mundus. Reliquas vide formas non adeo magni momenti. I. c. & apud Saur. p. 450.

* Scharfius adhuc distinguit inter Definitionem perfectam & imperfectam. Prior ipsi est, quæ exacte totam naturam definiti declarat. Posterior autem est, quando res declaratur, ut potest, licet verum ejus genus & differentia exacta nequeat haberi. Quare descriptio & aliqualis declaratio tantum dicitur. Poëtis tales descriptiones & Oratoribus usitissimæ sunt. Quo refertur quando dicitur: Tortura est remedium ad eliciendum à reis veritatem, Venatio est ferarum captura recreationis & voluptatis causa. Swelingius p. 217. Definitionem realēm distinguit in apprehensivam & comprehensivam. Prior est, quæ facit men-

II. Unius rei unica est Definitio. Ratio, quia unius rei una saltem est essentia completa & absoluta, unum genus proximum & una differentia specifica. Dist. autem hic est inter Definitionem & Descriptionem. Plures quidem unius rei possunt esse Descriptiones, non autem Definitiones.

III. Definitio constare debet verbis perspicuis & propriis. E. ab ambiguis, obscuris & metaphoricis locutionibus abstinentendum est, ut monent versus:

Sordida, prisca, nova, antiquata, poëtica, dura,
Turpia, rara nimis vel peregrina cave.

CAP. IV. DE DIVISIONE.

I. DIVISIO est resolutio totius in suas partes, ex quibus componitur.*

II. Divisio est totius vel essentialis, vel integralis.

B 2

III. Di-

tionem totius essentiae alicujus rei in communi, sed non in particulari, quoad omnia & singula coëssentialia. Qua definitione inquit & ipse Deus definiri potest. h. m. Deus est Ens summe perfectum. Posterior est, in qua fit mentio totius essentiae, tam in communi, quam in particulari, quæ dicitur perfecta & accurata, ut corpus est Substantia extensa.

* Divisio realis hic proponitur, quæ proprie & stricte hujus etiam est loci. Opponitur autem illa I. Distinctioni nominali, cum nomina æquivoca in sua æquivocata distinguuntur. e. g. cum distinguitur Ens in complexum & incomplexum, in positivum & negativum. Cum dist. Cancer inter Astronomicum & Physicum, &c. Cum dist. libertas in politice & theologicâ talem. II. Divisioni analogicæ, qualis est (a) cum totum universale dividitur in partes subjectivas, e. g. quando genus dividitur in suas species, & species in sua individua. Quo etiam refertur, cum disciplina aliqua dividitur in partem generalem & specialem, communem & propriam, &c. (b) Cum totum potestativum dividitur in

III. *Divisio totius essentialis est*, cum totum essentiale in partes essentiales resolvitur. e. g. cum homo in materiam & formam, vel in corpus & animam dividitur.

IV. *Divisio totius integralis est*, cum totum integrale in partes quantitativas seu integrantes dividitur. e. g. Cum corpus hominis in membra sua dividitur. Sc. in tres ventres & artus; Ventres sunt caput, thorax & abdomen. Artus sunt manus & pedes.

CANONES.

I. *Divisio sit æqualis suo diviso.* h.e. *Divisio*, non sit latior nec angustior *diviso*. *Bona ergo est divisio*, quando V. Test. dividitur in Libros Canonicos & Apocryphos: Et totum Verbum Dei in Legem & Evangelium. *Mala autem est*, quando animal dividitur in hominem, brutum & plantam. *Planta enim sub animali non continetur*. *Mala etiam est*, cum Lex dividitur in forensem & moralem datur enim adhuc ceremonialis.

II. Mem-

suas potentias, e.g. quando anima in suas facultates, intellectum, voluntatem, &c, despescitur. (e) Cum totum perfectionale dividitur in suas perfectiones. e.g. quando Deus dividitur in suas perfectiones, quarum aliæ sunt operativæ, & aliæ non operativæ, vel aliæ sunt positivæ, & aliæ negativæ. (d) Cum Subiectum dividitur juxta varia accidentia. e.g. homo in regenitum & irregenitum, eruditum & ineruditum. (e) Cum accidens respectu diversorum Subjectorum distinguitur in quibus datur, e.g. morbus in eum, qui est pedis, capitis, oculi, &c. (f) Huc pertinet etiam distinctio rationis, sive ea sit rationis ratiocinantis, sive ratiocinatae, quæ occasionem distinguendi accipit ab ipsis rebus, qua illa prior destituitur.

II. Membra divisionis debent inter se esse opposita. h. e. Membra dividentia cum toto quidem diviso consentiant, sint tamen à se invicem distincta & opposita. Bona ergo est Divisio Status Christi, in Statum exinanitionis & exaltationis. Membra Divisionis sunt distincta, & tamen cum toto consentiunt. Mala autem hæc est Divisio, quando cives in Mercatores, opifices & futores dividuntur, quia futores ab opificibus non distinguuntur.*

III. Membra Divisionis non debent evertere naturam sui divisi. Hinc mala est Divisio, quando furum dividitur in pium & impium, quia τὸ πιον negat & tollit rationem furti. Pariter malæ sunt divisiones, quando aurigæ blasphemias dividunt in licitas & illicitas, & alii mendacium in jocosum, officiosum, & perniciuosum, vid. Saur. p. 465.

B 3

CAP.

Quærit hic Saurius p. 461. Num in Deum cadat divisio? Et reſte negat. Id quidem concedendum est, quod Distinctio nominis & rationis Deo non repugnat, quæ non Dei, sed intellectus nostri imperfectionem arguit. Quare compositionis rationis ipsi adscribi potest, non autem compositio realis, utpote quæ causa est, ut proprie & stricte sic dicta divisio Ens competit. Deus enim est Ens simplicissimum, hinc non habet partes secundum rem, & omnes ejus perfectiones in se ipsissima Dei sunt essentia, licet ob imbecillitatem intellectus nostri sub distinctis conceptibus secundum dictum Scripturæ concipientur.

* Valer Canon: (1) de veris Divisionibus, quæ sunt rerum. Nam in Distinctiōnibus nominalibus unum certe membrum potest sub alio contineri. (2) De repugnantia membrorum dividientium non in verbis, sed in sensu sita. Et (3) non semper de oppositione stricte sic dicta, cum ea hoc modo tantum interduo sit; Membra autem Divisionis sēpe plura sunt, quām duo: sed etiam late sumta, ut complectatur disparata, quorum unum pluribus repugnat.

CAP. V. DE METHODO.

I. METHODUS est elegans rerum tractandarum Dispositio, quo eo facilius cognoscantur, & memoria custodiantur. *

II. Methodus vel est Synthetica, vel Analytica.

III. Synthetica * Methodus est processus à principiis ad ea, quæ constant ex principiis, ut fiat perfecta rei cognitio. Per principia hic laxe intelliguntur quæcunque generalia, à quibus ad specialia progressus fit, ut à natura prioribus ad posteriora, à causis

ad

* Observamus hic (1) de methodo agere est habitus instrumentalis & quidem Logicæ, quæ etiam modum tradere debet, quo objectum facile & ordinate intellectui sistatur. Et Methodus cum rebus conjuncta, sit omnium disciplinarum, abstracta tamen ejus cognitio ad nullam aliam disciplinam pertinet, quam ad Logicam. (2) Vox Methodus origine Græca est à μέθοδος, notans vi nominis transitum mentis ab uno ad aliud. (3) Alias vulgariter Methodus nominatur ordo. Sed ordo, si velimus ἀνεργούσιν, non æquipollit Methodo, sed ea latius extenditur; Datur enim ordo etiam in aggregatis ordinatis, e.g. in Exercitu, Magistratu, Republica, imo in omnibus rebus licet ordinem aliquem conspicere; Sic in mundo ordine, h. e. Pondere, mensura, numero Deus omnia fecit. Methodus autem non nisi formaliter in mente reperitur, representative autem in libris vel vocibus aut sermonibus. (4) Habet Methodus sua encomia apud Philosophos antiquos, & recentiores, vide illa apud Saur. p. 469. Facit Methodus ut res facilius percipiantur, unde versus:

Ordine pervenies, quo non datur ire labore.

Inservit docentibus, ut omnia melius atque accuratius proponantur, & discenditibus, ut eo citius omnia apprehendantur.

* Notandum hic est, (1) Synthetica Methodus appellatur etiam ordo compositarius à σύν with & τίθημι pono, adeoque à simplicioribus ad composita tendit.

ad effecta , à simplicioribus ad composita; adeoque à partibus ad totum.

IV. Analytica * Methodus est , quæ à fine ad media progreditur, quibus ille obtinetur.

V. Methodus est vel necessaria vel arbitraria.

VI. Methodus necessaria * est dispositio à notioribus aut communioribus ad minus nota s. specialliora.

VII. Methodus arbitraria * est, quæ pro arbitrio & judicio docentis varie & prudenter instituitur.

CANO-

qualem Methodum usurpavit in prima parte Logices Scharfius, quia primo egit de terminis simplicibus , secundo de enunciationibus, quæ constant ex terminis & tertio de Syllogismis , qui constant ex enunciationibus vel propositionibus. (2) Hac Methodo etiam gaudent disciplinæ theoreticæ, Physica , Metaphysica , &c. Ubi tamen distinguitur inter universalem objecti totalis evolutionem , & partialem ejusdem considerationem. Tota Disciplina gaudet Methodo synthetica, licet pars illius etiam observet quandoque Methodum analyticam.

* Analytica Methodus dicitur resolutoria , quæ composita resolvit in sua simplicia ab ἀναλύειν , resolvere. A fine progreditur ad Subiectum , sc. qui subiecto introducitur , & à Subiecto ad media , quibus positis finis obtinetur. A toto ad partes , ab effectu ad causas tendit. Qua Methodo gaudent Disciplinæ practicæ, Ethica , Politica , &c. Quare in Ethica (1) agitur de fine tanquam de summo bono. (2) De Subiecto, homine sc. qua civiliter beando. Et (3) De mediis ad finem ducentibus, tum morali tum intellectuali, vid. Iter, p. 1.

* Methodus naturalis observat (α) explicationem vocis , & sic non ejus Etymologiam , Synonymiam & Homonymiam omittit. (β) Considerat ejus definitiōnem rei per genus & specificam differentiam. (γ) Proprietates. (δ) Divisiones vel Distinctiones ad rem presentem declarandam necessarias adducit. Et illa Methodus plurimum observari debet.

* Methodus arbitraria requirit (1) rerum collectionem. (2) Perillustrationem. Et (3) Ordinationem , Sapiens enim Doctor non omnia conturbat, vel supera inferis cœlumque terræ miscet , verum res collectas accurate considerat & sapienter

CANONES.

I. Methodus inserviat rebus , non res Methodo.
h.e. res non sunt inflectendæ ad Methodum , sed Methodus potius est accommodanda ipsis rebus. Quare peccant illi , qui magis ordinis quam rerum curam habent.


II. Ordo * præter necessitatem non est immutandus.
Salomo inquit, Prov. 22, 28. Termini agrorum quos Patres posuere , ne mutentur. Hoc non ad terminos artium tantum bene applicari potest , sed etiam ad Methodum usitatam & in disciplinis semel à Doctoribus accuratis eleætam , magno enim cum Damno discentium illius fit mutatio.

ordinat , quo Auditorium suum exinde quandam habeat utilitatem. Datur etiam Methodus universalis & particularis , prior dicitur totalis , posterior autem partialis. Saur. p. 478. distinguit Methodum in Synopticam & Diexodicam , prior observatur in compendiis , posterior in institutionibus & Systematibus , in quibus omnia plenius & perfectius explicantur secundum Θέον & αὐτιθησιν.

* De Ordine admodum bene differit Saur. in Synt. Log. p. 474. & inquit quod in genere sit duplex: rationalis s. naturalis , & fortuitus s. positivus. Prior iterum triplex est (α) originis , (β) latitudinis & (γ) locationis. Posterior quadruplices (1) dignitatis , (2) quantitatis , (3) alphabeticus & (4) categoricus. Quo etiam refertur Ordo Doctrinæ; Sed vide de his omnibus plura apud Auctorem citatum,







, nemo enim nostratum negavit s^ap^e Scripturam, modo non in iis, quae necessaria em.

rincipii est, cum idem per idem, incer- que incertum probatur. e. g. Terra mo- circumagit. Pythagorica vera sunt, quia a^u- pa infallibilis est, quia non errat.

consequentis est, quando ex antece- se infertur consequens. e. g. Fides justi- tia sunt facienda B. O. Fur noctu oberrat, nec E. qui noctu oberrat, fur vel adulter est.

* secundum non causam ut causam est, sa apparens & per accidens confun- vera causa. e. g. Petrus insomnes dicit nonimis nummatus. Deus permittit ut homo eus est peccati causa.

plurium interrogationum * est, cum r^sae quæstiones in una complicantur, ad quæ potest categorice responderi. e. g. Estne aria adoranda? Hæc quæstio neque simpli- da neque neganda est, sed primo separan- tum, & deinde ad prius pertinet affirmatio, si negatio.

CANO-

exemplum: Deus prævidit Adamum lapsum. E. necessario en Dei prævio non est caus^a lapsus, sed abusus liberi arbitrio Diaboli.

tiones miscentur, (1) quoties subjecta plura non subordinata unum prædicatum enunciatur. e. g. Estne corpus & anima (2) Cum de eodem subiecto diversa prædicata dicuntur, e. g. Deus, & justus a Pilato crucifixus?